

Litera Wladislai ducis Mazovia super debi:
to ducentarum sexagenarum ecclesia sancti Mi:
chaelis obligatoria in navigiis Glocen et Dobru:
koviens

25

Wladislaus Dei gratia dux Mazovia. Russiaeque prin:
ceps etc: recognoscimus tenore presentium, quibus expe:
dit universis, presentium notitiarum habitus. Quia ap:
ud W. V. dominos Stibonium archidiaconum et offi:
cialem, Joannem custodem, et Tyczan' prelatos et cano:
nicos ecclesia Glocensis, devotos nostros, executores testam:
enti, per bona memoria dominum Michaelem pre:
positum ecclesia sancti Michaelem, facti, ducentas sexa:
genas mediorum grosponum, ad ipsam ecclesiam sancti
Michaelem iam dudum mutuo accepimus. Quas quide:
ducentas sexagenas monetae predictae, praefatis domi:
nis Stibonio archidiacono, Joanni custodi prelati, et Ty:
cza canonico, executoribus predictis, in navigiis Glocen:
sibus et Dobrukoviensibus nostris, tenore presentium
solventes usque ad totalem resolutionem dictarum ducent:
tarum sexagenarum ascripsimus et assignavimus, ac
tenore presentium ascribimus et assignamus, navigatori
remque pro tempore existentem, ad solutionem earundem
pecuniarum presentibus obligantes, et obligamus, cui
viva voce oraculo, iam de presenti anno et consequen:
ter alijs successive immediate annis, ut praemittitur,
solvendas, et hoc pro reparatione dictae ecclesiae sancti
Michaelem, iuxta testamentum per dictum olim domi:
num Michaelem prepositum, factum, convertendas, man:
davimus et commisimus. Casu vero quo ipsos executor
es, annis solutionis dictarum pendentibus, Dei per:
missione ab hac luce decedere contigerit; ex tunc pra:
dictam

predictam pecuniã summam superius expressam, pre-
positis sancti Michaelis ecclesia prefata pro tempore exi-
stentibus, convertendam, et pro fabrica ecclesia prefata
solvendum deputamus. Qui quidem domini executores,
aut ipsi de medio sublatis, prepositi ecclesia sancti
Michaelis pro tempore existentes, pro pecunia quolibet
annorum persoluta, ipsorum literis nos quietare tene-
buntur, hoc etiam addito, quod si prefati nostri na-
vigatores pro parte existentes in solutione dictarum
pecuniarum, aliquam fecerint difficultatem aut dila-
tionem, aliquo annorum, capitanei nostri Bloenses
pro tempore existentes, per dictos executores aut prepo-
sitos requirantur, ut prefatos navigatores nostros, vigore
nostro ducali compellant ad solvendum, dilationibus quib-
uscumque proculmotis. In cuius rei testimonium sigillum
nostrum mediocre presentibus est appensum. Actum et
datum in Blozko sabbato in vigilia sancte Trinita-
tis, anno Domini millesimo quadringentesimo quadra-
gesimo sexto —